

Io spero che a quest'ora il signor Corazzini avrà fatto la sua visita al Golfo e alla pianura della Marinella, e che si sarà persuaso che sarebbe stato meglio l'avesse fatta prima di mettersi a scrivere della positura di Luni.

UBALDO MAZZINI.

## MATERIALI PER LA SCRITTURA

NEL SECOLO XIII.

Gli studiosi che frequentano il nostro Archivio di Stato si occupano generalmente dei documenti politici, trascurando l'Archivio notarile qual suppongono abbia scarsa importanza storica. Eppure gli atti dei nostri notari genovesi che comincian verso la metà del secolo XII sono una miniera ricchissima di notizie sulla vita intima, le relazioni di famiglia, le abitudini civili e militari, la pratica delle arti, perfino sul dialetto dei nostri padri. Tacendo che, specialmente dal millecento a tutto il quattrocento, fra contratti d'affitti di terre e botteghe e socide di pecore e di vitelli non è raro trovar atti d'alto interesse storico.

Per ora nella congerie dei documenti che potemmo esaminare scegliamo alcuni che riguardano l'arte dei *cartarii* e i materiali impiegati a Genova per la scrittura nel secolo XIII.

Il più antico di tali documenti è un contratto per la fabbricazione delle classiche *tabulete* incerate sulle quali incidevasi collo stilo e ci fa noto che come in altri paesi quell'uso degli antichi si conservò da noi fin nel secolo XIII.

Il 2.º ed il 4.º dei documenti che seguono ci porgono particolari sull'arte dei *cartarii* che preparavano e vendevano le *carte* membranacee dette anche *pergamena*. Nel primo di questi due atti molti *cartarii* genovesi, fra i quali un Doria,

si obbligano a passare a tre toscani tutta quella lana d'infima qualità che potrebbero ritrarre dalla raschiatura delle pelli per ridurle a cartapecora. I contratti di lana di *bodroni* (voce poco dissimile da quella citata dal Ducange e che indicava le pelli lanose) sono frequenti e spesso troviamo menzione di *battitores* e *tonditores bodronorum*, ma più singolare è l'accenno a questo pelo o lana chiamata *guadagnino* da cui la parsimonia genovese e toscana studiava modo per ritrarre ancora un profitto.

L'ultimo, 4.º, dei nostri atti, dei principî del trecento, ci porge i prezzi delle pelli pecorine *affayate* e preparate per esser ridotte a *carte* e classificate secondo il loro formato.

Quanto al documento 3.º non sapremmo decidere se ivi si tratti di carta membranacea oppur di vegetale. Ci farebbe propender per la prima ipotesi l'accenno all'imbiancamento colla *calcina* e anche la stessa parola *carta* poichè comunemente allora la carta vegetale è designata colla parola *papiro* conservata nel dialetto e in altre lingue. Ma d'altra parte ci rende dubbiosi il fatto che il prezzo è stabilito uniforme per *ligamina*, senza precisar nè il numero di fogli che dovean comporre ogni *ligamen*, risma o balla che fosse e tanto meno senza stabilire il formato dei fogli. Nell'atto successivo, il 4.º, si scorge che le pelli pecorine destinate alla fabbricazione delle *carte* eran classificate a seconda del loro formato, *modus*, con valore molto diverso e contrattate a *dozzine*. Ora mal si comprende come in un contratto commerciale il compratore potesse vincolarsi ad acquistarle a *ligamina* ad un unico prezzo, senza neanche stabilire almeno il formato dei fogli, ammettendo pur possibile che il numero di questi in ogni *ligamen* fosse consuetudinario nell'arte cartaria. Ciò invece si spiega nel supposto che trattisi qua di carta vegetale ove anche ora la quantità dei fogli per ogni quinterno e risma è stabilita dagli usi di fabbricazione ed il formato, che in quell'epoca tro-

viamo poco variato, probabilmente era costante per i singoli fabbricanti.

Pertanto, pur pubblicando questo documento, lasciamo ad altri più competente di schiarire il dubbio.

U. A.

I.

Arch. di Stato. Not. Guido de S. Ambrosio, 1253; in 1254 et aliorum notariorum.

Fol. 204 :

In nomine Dni amen. Poncius Emengandus de Monte Pesulano et Constantinus Angelerius ad invicem inter se fecerunt et contraxerunt consortium et societatem dante Domino usque ad annos decem proximos venturos duraturam de eorum labore et ministerio faciendi tabulletas blancas et de cera pro scribendo renonciantes inter se vicissim exceptioni non facti consorcii et societatis non contracte et omni iuri. Qui poncius in praesenti consorcio posuit libras tres mergontium extimatorum in libris quattuor Ianue de quo labore promittunt inter se vicissim laborare usque ad dictum tempus et bona fide dare operam efficacem ad augendum lucrum dicte societatis. Et promiserunt inter se vicissim omni anno facere rationem de lucro quod deus in ea dederit et ea facta quilibet eorum habere debet dimidiam lucri. Finito enim spatio dicti temporis predictus poncius habere debet de dicta societate libras quatuor Ianuinorum pro illis quas posuit in dicto consorcio et hoc ante parte lucri quod tunc erit in eadem societate et consorcio quam vel quod promiserunt firmum et firmam habere et eam tenere usque ad dictum tempus et contra eam non venire nec contrafacere in aliquo de predictis. Et promiserunt non recedere a servitio dicte societatis. Alioquin libras viginti quinque Ianuinorum nomine pene inter se vicissim promiserunt. Ratis manentibus predictis pro qua pena et ad sic observandum omnia bona sua inde ad invicem pignori obligaverunt. Renonciantes fori privilegio et confitentes se esse maiores anni XVII. Iurantes ut supra per omnia observare. Et fecerunt hoc de consilio testium infradictorum quos suos vicinos propinquos et consiliatores eligunt et appellant. Actum Ianue in caneto in angulo domus Dni Nicolai de Flisco. Testes Obertinus Thome corrigiarius et Antonius Bertoni de Domoculta anno M CCLXXVI. ind. XIII die XVIII augusti circa vespas. Et plura instrumenta eiusdem tenoris inde fieri voluerunt.

## II.

Arch. di Stato. Notaro De Porta Nicolò Vivaldi — 1259-1291. Filza unica — Registro 2.<sup>o</sup>  
 Diversorum Notariorum 1271-91 carte 75 v.<sup>o</sup>

In nomine Domini Amen. — Ego Iohannes cartarius quondam Segnorini cartarii nomine suo proprio. et nomine Recoveri cartarii. filii eius petri. Guilliemoni cartarii. Ienuini nepotis dicti Iohannis. Guillielmi de campomorono. petri de bonino. Oberti Aurie. et Ianuari de bissannis omnes cartarii ex una parte. Et Bonizus q<sup>m</sup>. bombelli de pissis. nomine suo proprio. et nomine socii sui. tingi de pistoia. et Dinus filius Benvenuti de Vulterra suo proprio nomine ex altera. taliter inter se convenerunt. et pepigerunt ut infra. videlicet quod predictus Iohannes cartarius promisit et convenit nomine suo. et aliorum supradictorum. predictis Bonizo et Dino vendere. dare et consignare. totum illud pillum quod abradetur et percipietur sive pillabitur de cartis sive de pellibus boldronorum per ipsum Iohannem et per quemlibet ex supradictis. hinc ad annum unum proximum quod pillum appellatur Guadagninum et esse debet lavatum et siccum ut moris est per terram et quod dictum pillum ipse Iohannes nec aliquis alius ex supradictis quorum nomine promisit non dabunt nec vendent nec dabit seu vendet per totum dictum tempus alicui alteri persone nisi solummodo predictis Bonizo et Dino nec vendi nec dari facient per aliquam aliam personam pro ipsis seu aliquo ipsorum (*nisi*) ipsis Bonizo et Dino dictum pillum recipientibus de mense in mensem et dantibus et solventibus ipsi Iohanni Cantario nomine suo recipienti et predictorum de illo pillum quod habuerint quolibet mense soldos decem et septem Ianuinorum pro precio cuiuslibet cantarji. Iurans dictus Iohannes predicta omnia et singula attendere complere. et observare. et attendi compleri et observari facere per quemlibet ex supradictis alioquin libris quinque Ian. nomine pene. dictus Iohannes dare et solvere promisit predictis Bonizo et Dino si per ipsum vel aliquem alium ex predictis fuerit contrafactum. Semper firmis manentibus omnibus et singulis supradictis et pro inde universa sua bona predictis Bonizo et dino pignore obligavit. Insuper promisit et convenit predictis ita facere et curare quod omnes et singuli supradicti attendent et observabunt omnia et singula supradicta et in aliquo non contravenient et hoc sub pena predicta et bonorum suorum obligatione. Renuncians juri de principali et omni alji juri. Insuper preianinus lanerius de rivoturbido de predictis omnibus et singulis pro predicto Iohanne cartario et aljis versus dictos

Bonizum et dinum intercessit et se et sua principaliter obligavit, promittens eisdem ita facere et curare quod predicti Iohannes et alii observabunt et attendent omnia et singula supradicta. Alioquin ipse attendet et observabit per se et de suo. sub pena predicta et bonorum suorum obligacione. Renuncians iuri de principali et omni alii juri. Versa vice predicti Bonizus et Dinus promiserunt et convenerunt predicto Iohanni cartario nomine suo proprio recipienti et predictorum recipere totum illud pillum lavatum et siccum quod eisdem dabitur et consignabitur per ipsum Iohannem et per quemcumque alium ex predictis hinc ad annum unum proximum. Ad rationem de soldis decem et septem pro quolibet cantario, et dabunt et solvent quolibet mense dicto Iohanni seu illis ex predictis quod ipsum pillum eis venderint et consignaverint. illam pecunie quantitatem quam ascenderit et ita facere et curare quod predictus tingus attendet et observabit omnia et singula supradicta. Alioquin soldos centum Ian. nomine pene predicto Iohanni dare et solvere promiserunt firmis manentibus supradictis. et pro inde universsa bona ipsorum ipsi Iohanne pignore obligaverunt. Abrenuncians privilegio fori et omni alii juri. Actum Ianue in domo Martini de porta scribe. Anno dominice nativitatis MCCLXXV inditione II die XXI Aprilis inter nonam et vespas. Testes Iohannes speciarius de porta et Lanfrancus murator de porta.

### III.

Arch. di St. Filza 1.º Not. Urso de Sigestro Federico e de Quinto Ugone (atti del Not. Gio. de Corsio) Carte 100.

In nomine domini Amen. Ego Petrus Cattaneus de Cumis, qui habito ad rivum turbidum promitto et convenio tibi Iacobo de Marchexana laborare et facere tibi cartas bene et legaliter ad melius quod scivero et potero. meis propriis expensis de omni laborerio quod ad ipsas faciendas oportuerit postquam extracte fuerint de calcina. preter quod illas cartas incidere non debeo a cordis nec cordas de illis extrahere quas cartas tibi facere et laborare debeo promitto bene et decenter. usque festum Pasche nostri domini proxime venture et non laborare nec facere cartas alteri persone nisi tibi usque dictum terminum sine tua voluntate (*promittentis*) mihi dare et solvere de quolibet ligamine cartarum bene factarum denarios decem et octo Ianuinorum. confiteor tibi me a te habuisse et recepisse occasione dicti laboris soldos decem Ianuinorum. Renuncians excepcioni non numerate pecunie et omni juri predicta omnia et singula tibi attendere et

observare promitto et in nullo contravenire. Alioquin penam librarum decem Ianuinorum tibi stipulanti promitto. ratis manentibus supradictis. et pro inde ad sic observandum omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Renuncians fori privilegio ut ubique conveniri possim et omni iuri. versa vice ego dictus Iacobus convenio et promitto tibi dicto Petro dare tibi ad laborandum ad sufficientiam de dictis cartis usque dictum terminum et dare et solvere tibi pro tuo laoere denarios XVIII. de quolibet ligamine et facere tibi solucionem de edomada in edomada de his que mihi consignabis et dabis. sub pena predicta a me tibi stipulata et promissa et sub obligacione bonorum meorum. Testes Recanolus Cattaneus et Obertus de Cogno..... Actum Ianue sub archivolto stanconorum qui fuit quondam fornariorum anno dominice nativitatis MCCLVI indicione VIII die XXX decembris post vespas.

## IV.

Archivio di Stato. Notari ignoti. *Filza 31.*<sup>a</sup>

In nomine Dni amen. Alexandrinus de Petrabisara cartarius in Rivo turbido ex una parte / et Iacobus cartarius de S.<sup>o</sup> Laurencio ex altera super infrascriptis pepigerunt et convenerunt promittentes sibi ad invicem attendere et observare ut infra. Videlicet quia dictus Alexandrinus vendidit et vendidisse confitetur dicto Iacobo omnes peles sive cartas quas habebit seu emet vel habere poterit tam a macelis Ianue quam aliunde hoc anno usque ad Kall. iulii prox. vent. sine eo quod alicui persone ipsas cartas vel aliquam ipsarum vendere vel alienare possit alicui persone sine licentia dicti Iacobi. Quas cartas sive pelles afaytatas et paratas bene et sufficienter et mercantiliter eidem Iacobo tradere et consignare promisit usque ad Kall. augusti prox. pro precii inscriptis / videlicet duodenam pelium ovinarum sine modo pro S. IIIJ Ian. duodenam cartarum modi minoris pro S. V. d. VI. Secundi modi pro S. VI. d. VI. duodenam maioris modi pro S. VII. d. VI. quarti modi et ab inde super pro soldis novem Ian. Infra solucionem cuius precii dictus Alexandrinus habuit et habuisse confitetur a dicto Iacobino libras viginti duas Ian. Renuncians exceptioni non habite et non recepte pecunie rei modo geste ut supra et omni iuri et dictus Iacobus acceptans dictam emptionem confitetur dicto Alexandrino se emisse a dicto Alexandrino cartas sive pelles predictas /. promittens eidem Alexandrino ipsas recipere et facta ipsi Iacobino tradicionem dictarum cartarum suplere et solvere dictum precium eidem Alexandrino ad voluntatem suam / et est actum inter dictas partes in qualibet parte presentis contractus

quod dicte pelles sive carte debeant esse mercantiles et sufficientes arbitrio duorum bonorum virorum artis cartariorum eligendorum per ipsas partes. predicta omnia et singula promisserunt sibi ad invicem partes predictae attendere complere et observare et in nullo modo contra facere vel venire / alioquin pena librarum decem Ian. pars contraveniens vel non observans partem observanti dare et solvere promisit totiens quotiens contra veniretur / ratis manentibus superdictis et proinde omnia bona sua habita et habenda sibi ad invicem pignori obligaverunt. Actum Ianue ante ecclesiam S.<sup>ti</sup> Laurentii testes luchetus de bargalio. et Antonius de bavalo Macellarius. Anno Dnice Nativ. millo CCC° XV° indic. XII<sup>a</sup> die xxii<sup>a</sup> febrarii inter nonas et vespas.

---

## VARIETÀ

---

A PROPOSITO D'UN MS. DELLA BIBLIOTECA BERIANA DI GENOVA

[Note petrarchesche].

Che oltre agli sbizzi autografi del vaticano latino 3196, i contemporanei e quelli del secolo immediatamente dopo al Petrarca abbian dovuto conoscerne altri del *Canzoniere*, penso non si durerà fatica a credere. L'opera volgare del Poeta era quella che aveva incontrato le maggiori simpatie del pubblico, nonostante ch'è di ciò s'è accorto negli ultimi anni della sua vita gloriosa. Se, in fatti, gli amici indiscreti arrivarono a trafugargli di camera fin l'epistole latine da lui bell'è composte per mandare agli avidi lontani suoi ammiratori (1), che non dovettero fare per avere, appena scritta, qualcuna di quelle poesie volgari, così squisitamente gentili? Nè il Petrarca, alle lusinghe degli amici, vanitoso com'era, era uomo da opporsi vivamente, non ostante poi brontoli e se ne lagni.

---

(1) PETRARCA, *Ep. Senili*, V, 16.